

fiat magis, ciuitas non erit. Est enim ciuitas multitudo quaedam secundum naturam, quae dum fit vna magis, domus erit ex ciuitate, & homo ex domo, vnam enim magis domum censemus esse quam ciuitatem, & hominem vnum quam domum. quare etiam si posset quispiam hoc facere, tamen non esset faciendum, quia perimit ciuitatem. Nec solum ex multitudine hominum constat ciuitas: verum etiam ex eorum multitudine, quia specie differunt. non fit enim ciuitas ex similibus. aliud enim ad bellum confederatio quam ciuitas. illa enim quantitate prodest, & si eadem sit specie, cum auxilij gratia fiat, ceu si pondus magis attrahat. Differt autem & eo modo ciuitas à gente, quando per pagos diuisa non fit multitudo, sed quemadmodum Arcades. Ex quibus autem vnum fieri oportet, specie differunt, quapropter aequale repensum ciuitatem conseruat, vt in Ethicis dictum est prius, quoniam inter liberos & aequales necessarium est hoc esse. nam omnes simul magistratum gerere impossibile est, sed aut per annum, aut per aliam praefinitionem, & tempus. atque isto modo fit, vt omnes ferant magistratum, ceu si mutarentur futores & fabri, nec semper idem futores ac fabri essent. Cum vero melius sit, ita se habere ea quae sunt circa societatem civilem, manifestum est melius fore, si iidem semper magistratu gererent, modo id fieri posset. Sed in quibus hoc fieri nequit, propterea quod omnes natura sunt pares, simul est iustum (sive bonum, sive prauum sit gerere magistratum) vt omnes huius muneris particeps fiant, & in eo imitari vicissim, aequales, cedendo inuicem alios aliis, vt pote qui ex principio sunt aequales. nam alij regunt, alij reguntur in parte, tanquam si ipsi alij fiant. eodem modo illorum qui regunt, alij alios gerunt magistratus. Patet igitur ex his, quod non recipitur sic vnam aptam esse ciuitatem, ceu dicunt quidam: & quod maximum fore commodum ciuitatibus dicebatur, id interimit ciuitates, atqui singulorum bonum singula conseruat. Patet etiam alio modo, quod querere nimium vni ciuitatem, non est melius. Domus enim magis sufficiens est, quam homo vnus: ciuitas autem quam domus. & vult quidem tum esse ciuitas, cum habet sufficientiam multorum societas. Si igitur magis expetendum est, quod magis sufficientiam habet, certe & minus vnum, eo quod est magis, expetibilis est.

*scilicet diuisio  
vniuersalis  
modo*

A κῆ γνομένη μία μάλλον, ἢ δὲ πόλις ἔσται πλῆθος γὰρ πᾶσι φύσιν ὄντι ἡ πόλις· γνομένη τε μία μάλλον, οἰκία μὲν ἐν πόλει, ἀνδρωπόσι δ' ἐξ οἰκίας ἔσται μάλλον γὰρ μίαν τιμὴν οἰκίαν τῆς πόλεως φαίμεθα, ἢ τὴν ἓνα τῆς οἰκίας ὡς· εἰ καὶ ἡ δυνατὸς τις εἴη πᾶσι ὄντων, οὐ ποιεῖται ἀναρρήστῳ γὰρ τὴν πόλιν, οὐ μόνον δ' ἐν πλείονον ἀνδρῶπων ὄντι ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ ἐξ εἰδὲ διαφερόντων, οὐ γὰρ γίνετο πόλις ἐξ ὁμοίων. ἔτερον γὰρ συμμαχία καὶ πόλις. τὸ γὰρ τῆ ποσὸς χρησίμων, καὶ ἢ τὸ αὐτὸ τῆ εἰδὲ βοηθητικῆς γὰρ χρεῖν ἢ συμμαχία πεφυκεν, ὡς ἄρα αἰεὶ στρατός πλείον ἐλευσισθ' διοισθ' ἢ τῶ τοιούτου καὶ πόλις ἔθνοισ, ὁταν μὴ καὶ κοίμας ὡς κεχρησμένοι, τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὅτι Ἀρχάδες, ἐξ ὧν ἢ εἰ ἐν γυμνασίοις εἰδὲ διαφέρει δίοσθ' τὸ ἴσον· τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις, ὡς ἄρα ἐν τοῖς ἡδικαῖς εἰρηται ὑπερέτερον· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἐλαθ' ἔθροισ καὶ ἴσοις ἀνάστη πᾶσι ἔθ' ἄμα γὰρ οὐχ οἶόν τε πᾶντας ἀρχεῖν, ἀλλ' ἢ κατ' ἐνιαυτὸν, ἢ κατὰ τινα δόξω ταῖς ἡ, ἢ χρόνον, καὶ συμβαίνει δὴ τὸν ἔθρον πᾶσι, ὡς τε πᾶντας ἀρχεῖν, ὡς ἄρα αἰεὶ μετέθρον οἱ σπυτιῖς, καὶ οἱ τέκτονες καὶ μὴ οἱ αὐτοὶ αἰεὶ σπυτιῖς, καὶ οἱ τέκτονες ἢ ἐπεὶ ἢ βέλποιν ἔτιος ἔχον, καὶ ἀπὸ τ' κοινῆς νίαν ἢ πολιτικῆν, ὅλον ὡς ἄρα αὐτοὶ αἰεὶ βέλπον ἀρχεῖν, εἰ δυνατὸν ἐν οἷς ἢ μὴ δυνατὸν, δια τὸ πᾶσι φύσιν ἴσοις ἔθ' πᾶντας, ἄμα ἢ καὶ δίκαιον, εἴτ' ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον τὸ ἀρχεῖν, πᾶντας αὐτὸ μετέχειν ἐν τούτοις ἢ μίαισθ' τὸ ἐν μέρεσι τοῖς ἴσοις εἶναι ἰσότητος τοῖς ἐξ ἀρχῆς, οὐ γὰρ ἀρχισιν, οἱ δ' ἀρχοντι παρὰ μέρεσι, ὡς ἄρα αἰεὶ δόξω γυμνασίου, τὸν αὐτὸν δὴ ἔθρον [τῶ] ἀρχόντων ἔπειτα ἐτέρας ἀρχοῖσιν ἀρχαί, φανερόν τίνων ἐν τούτων, ὡς οὐτε πέφυκε μίασθ' οὐτάς ἔθ' τῶ πόλιν, ὡς ἄρα λέγουσι πνεῖ, καὶ τὸ λαχθὲν ὡς μέρισον ἀγαθὸν ἐν ταῖς πόλεσιν, ὅπ' τὰς πόλεις ἀναρρῆσθ' καὶ τὰς τὸ γὰρ ἐκείνου ἀγαθὸν σώζει ἔκαστον. ἐστὶ ἢ κατ' ἄλλο ἔθρον φανερόν, ὅπ' τὸ λίαν ἐνοῦσι ζητῆν τῶ πόλιν, ὡς ἔστιν ἀμεινον. οἰκία μὲν γὰρ ἀναρρῆσθ' ἐθὸς, πόλις δ' οἰκίας καὶ βέλεται γὰρ ἡδη τότε ἔθ' πόλις, ὅταν αὐτῶν συμβαίνει τῶ κοινῆν ἔθ' πᾶσι πόλιν. ἔθ' οὐκ ἀειτάτερον τὸ ἀναρρῆσθ' καὶ τὸ ἢ πᾶσι ἐν τῶ μάλλον ἀειτάτερον.

403